Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



71.

per Athesinum Syllam, per Istrum Aenum (Nam
Ister ab his montibus initium sumit, ait idem Strabo,
qui ell. 7 plura eidem fluvio capita tribuit) in-
telligamus. Itaque Appenninus idem qui
Brennus; Alpes Pœninæ eadem quæ Brennen-
ses; Vallis Poenina eadem quæ Brennina, ~~ita-
que debere intelligi, quamvis non negem ino-
liam, etiam alibi dari et vocari Appenninum
et Alpes Poeninas~~ possunt intelligi. At sunt etiam
Alpes Penina apud Salassos, per quas ~~iter~~ qua-
num fauces iter Lugdunum ducere, testatur Stra-
bo. Has procul dubio Notitia una cum Alpibus
Grajis Galliæ accenset. Sed quarum Caecilius
~~qu~~ cujusnam Vallis Poeninæ Prolegatus fuit, Ti-
rolensis, an Sabandica? Nimia hujus distantia
a Rætis ac Vindelicis suadet; Vallem Brenninam,
vel Penninam, Brennina, Poeninam sive Ce-
nanam ~~eodem tempore~~ eodem sensu ~~sub distincta
provincia nomine~~ a Rætia distingui, quo Vinde-
licia ab eadem Rætia distinguitur. Nempe Rætia
universa in Rætiam propriam, Vindeliciam et
Vallem Pœninam divisa Cæcilio Prolegato subierat.

21) Jul. Capitolinus in M. Antonino.

22) Jul. Capitolinus in Pertinace: ubi addit. Ex
quo eminente industria, studio Marci Imperatoris
Consul est designatus. De legione prima vide infra
Ibid. ~~22~~ 23 et 25.

23) Xiphilinus in epit. Dionis l. 60. Eusebius Hist.
l. 5, c. 5. Legio Melitena an ex Melitina civitate Ar-
meniæ? an ex ~~in~~ insula Melita? et si hoc, an ea-
dem, quæ Pœna legio prima Italica dicta, nuper a
Pertinace educta in Rætiam fuerat? Certe Melite-
nes jam a S. Paulo Apostolo ad Christum adductos
fuisse, constat ex Act. XXVIII.

24) Xiphilinus l. 60. Tertullianus in Apologet. c. 5.

25) Dio Hist. l. 55: Instituit -- legionem trigesimam Ger-
maniam, quibus a suo nomine nomen imposuit M. An-
tonius: item secundam in Norico, tertiam in Rætia;
quæ etiam Italicæ vocantur. ~~Itaque~~ M. Antonius ejus-
dem nova Rætiæ præsidia imposuit legionem tertiam Ita-
licam, novamque illam regiminis formam, quæ in
Notitia utriusque Imperii designatur, ipse instituit:
id quod etiam visum est M. Velsero rer. Aug. l. 6. Noti-
tia quidem seculo demum IV composita, Duces / Præ- / tamen,